





vis Christi miraculis veniebant ad eum, & etiam forte rogabant, ut eos in discipulos suos susciperet, ut supra cap. 23. vidimus de illo scriba, Tertio, quia ista vocationes maxime inserviunt ad nostram eruditionem. Nam illi quatuor Apostoli, relictis omnibus, navi, retibus, & etiam filij Zebedæi parente suo, secuti sunt Dominum; Matthæus verò cum voragine vitiorum esset detentus, ubi vocem Domini audivit, omnibus contemptis ei adhæsit, ut his erudiamur, quia promptè, ac in dilate sit obediendum divinæ inspirationi, ac Deo vocanti.

Tertia quæstio. Quare Dei consilio vocatio Matthæi ad hunc locum reservatur, nempe, post sedatam tempestatem, Dæmones expulso, Paralyticum sanatum? Respondet Glossa, Matthæus vocationem suam refert inter miracula; magnum enim miraculum fuit ejus conversio. Et quod publicanus factus esset Apostolus, Immo peccatoris attractio est valde magnum miraculum, & plusquam creare cælum, & terram, ut docent D. August. *tract. 7. in Joan. D. Leo serm. 3. de Passione.*

Magna signa, miracula, ac prodigia fecit Deus in terra Ægypti, ut de ergastulo Pharaonis educeret populum. Omnia elementa Dei virtute commota sunt. Aquæ vertuntur in sanguinem. Aer densissimis tenebris occupatur, cælum dat pluvias, & grandines. Terra sciniphes, muscas, ranas, animalia peste, ac ulceribus tabescunt, & moriuntur, & tamen passim inter hæc audies: *Induratum est cor Pharaonis, & non vult dimittere populum, Exod. 7. num. 22. & 8. num. 15. & 32. & quæst. 12. & aliis locis. Insensibilia omnia Dei virtute commoventur, & tamen cor Regis manet immotum in sua obduratione. Inter tot tantaque miracula, quibus elementa Deo obediunt, homo impenitens, ac inodibens persistit, quasi quoddam illa altissima Dei manus quæ erat validissima, ac potentissima ad subjiciendas omnes creaturas, ut in tam miraculosos effectus prodirent, tamen talis concursu adhuc non datur proportio efficax ad impenitens, & obduratum cor Regis commoventur, ad hoc enim major vis, majorque proportio exigebatur.*

Petrus Cæcilien. hanc Pharaonis duritiem ponderat; *Pharao manu Domini, ait, propter cordis sui gravitatem, quamvis decies motus, nequaquam tamen est reversatus. Primo convertit aquas ejus in sanguinem, & non est reversatus à duritie. Secundo, ranas in penevralibus eorum multiplicavit, nec sic reversatur. Et sic per decem plagas discurrat, ac tandem concludit O quam ponderosum, quam grave ad levandum, seu relevandum cor hominis, laborat manus Omnipotentis eripere, nec liberat, verbis præmonet, & verberibus urget, nec tamen de fovea sua bestiam savientem extrahere prævalet.*

Aiebat Magnus ille Prædicator! Baptista. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ *Matth. 3. num. 9.* Ubi per lapides juxta D. Hilar. Cyprian. D. Augustin. Divom Gregorium, Ambrosium, Paschal. quos citavi tom. 1. lib. 3. cap. 1. quæst. 35. intelligit Gentiles, qui quavis obdurati essent in suis peccatis, per suam gratiam Deus suscitavit in filios Abrahæ per fidem; sed ad quid magnus Prædicator posuit lapides, cur non ait, potens est Deus de Gentilibus, de hominibus alienis, facere filios Abrahæ;

sed ad quid ait, de lapidibus? hoc posuit, ut dixi citato loco in expositione, tanquam quid difficillimum, & quod valde magnum miraculum requirebatur, quia nil difficilius, nil majus miraculum denotat, quam impenitens cor ducere ad penitentiam, & contritionem. Tertullian. lib. de Anima cap. 10. *Lapides, ait, filij Abrahæ sunt, si in fidem Abrahæ formentur. Et gemina viperarum fructum penitentia faciens, si venena malignitatis expuerint. Hæc erit vis divina gratia. Tanquam si per excellentiam dicat, quod in hoc visitur vis divinæ gratiæ. Vide cap. 1. num. 134. & 135.*

secundò, Noster Evangelista, jam Apostolus, & magna dignitate sublimatus, se Matthæum dicit, in quo nomine ejus peccata erant publica, & nota. Unde ipse ait de se Matth. 10. num. 3. *Matthæus publicanus, quasi semper in tanto honore evehctus memoria retinuerit suam pristinū statum, & in quanta miseria, ac peccatis irretitus extiterat, à quibus divina gratia est liberatus. Sicut Paulus dicebat 1. Timoth. 1. num. 15. Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Vide cap. 24. num. 14.*

QUÆSTIO II.

Quare noster Evangelista se vocet Matthæum, cum alij eum Levi dicant.

OSTER Evangelista, suum nomen hic exprimit, sedentem in telonio *Matthæum binomium.* nomine, cum Marcus, & Lucas eum Levi dicant; & Marcus addidit, *Levi Alphai*, id est, Abulens. filium Alphai. Ad hoc respondent primò Abulens. *9. 35.* Simon Metaphrastes in *vita S. Matthæi*, & Jansenius *hæc*, quod noster Evangelista unum tantum habebat nomen, quod scilicet, antequam à Christo vocaretur, dicebatur *Levi*, post vocationem verò, *Matthæi* nomen accepit sicut Simon nomen Petri, & Saulus nomen Pauli. At hunc magnum Evangelistam binomine fuisse, ita ut *Matthæus* esset nomen proprium commune, & *vulgare*, & *Levi* verò cognomen, tradunt D. Hieronym. in *proemio Commentarii Matth. Abulens. in Commentario ejusdem Proleg.* & docent hic D. Paschasius, Druthmarus, Albertus Magnus, D. Bonaventura in *S. Luc. & Recentiores* communiter.

Ipsè Evangelista se dicit *Matthæum*, Marcus, & Lucas eum appellant *Levi*; nam hoc cognomen *Levi* erat honoratius, ut ex D. Hieronymo tenent hoc loco Maldonatus, & Toletus in *S. Lu.* & hujus rei conjectura est, quia ipse nunquam se *Levi* appellat, sed semper *Matthæum*; unde etiam ait Abulens *citata 9. 35.* quod Marcus, & Lucas propter honorem Apostolatus, & ipsius Matthæi, qui jam erat ad meliora conversus, debuerunt urbanius loqui, ignominiam status antiqui ejus occultantes, cum infæto, ac honorabili nomine, *Levi* dixerunt. De aliis, præcipue de amicis, ac condiscipulis urbanè, ac honorificè loquendum.

Ipsè autem Evangelista se *Matthæum* dicit. Unde ait D. Hieronymus hic. *Lucas, & Marcus propter honorem Matthæi, noluerunt eum nomine appellare vulgare, sed dixerunt, Levi. Ipse autem Matthæus secundum illud Proverb. 18. Justus accusator est sui in principio sermonis, Matthæum se, & publicanum nominat ut ostendat sequentibus, nullum debere salutem desperare, si ad meliora conversus sit, cum ipse publicano in Apostolum de repente sit mutatus. Suum commune, & vulgare Matthæi nomen apponit Evangelista, in quo ejus peccata usuræ, rapinæ, ac avaritiæ erant nota, tanta charitate erat fervidus Matthæus, ut sua historia velit dare peccantibus fiduciam: ne aliquis desperet de venia, si penitentia deleverit culpas, cum ipse de publicano sit mutatus in Apostolum. Eandem rationem cum Hieronymo tradunt Glossa, Beda, Hiericus, & alij,*

Secundò

Secundò, Noster Evangelista, jam Apostolus, & magna dignitate sublimatus, se Matthæum dicit, in quo nomine ejus peccata erant publica, & nota. Unde ipse ait de se Matth. 10. num. 3. *Matthæus publicanus, quasi semper in tanto honore evehctus memoria retinuerit suam pristinū statum, & in quanta miseria, ac peccatis irretitus extiterat, à quibus divina gratia est liberatus. Sicut Paulus dicebat 1. Timoth. 1. num. 15. Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Vide cap. 24. num. 14.*

Tertio, Alto Dei consilio ipse se Matthæum dicit, ut efficacia divinæ gratiæ cunctis sit manifesta, nam si in ipso nomine Matthæi erat notoria infamia hominis publicani, & peccatoris, ibi divina gratia accedente nobilitas, & exaltatio ipsius insculpta, & exarata est, nam Matthæus interpretatus, *donatus*, nam Dei dono datus est in discipulum, Apostolum, Evangelistam, & ita nomen illud, quod erat vilitatis, ac abjectionis signum divina gratia accedente convertitur in honorem, & exaltationem.

Quartò Evangelista se hinc Matthæum dicit sedentem ad telonium, cum tamen cap. suo primo num. 6. scribens Bethsabæe adulterium non exprimit eam nominat, sed per circumlocutionem dicit, *Ex ea que fuit Uria*; quod ibi ex aliquorum sententia notavit Abulens; factum est ad excusationem infamie, quia ponendo nomen Bethsabæe, videbatur magis infamaria apposita, est suppletio, sicut dicit glossa ordinaria infra cap. 9. Cum Matthæus se ipsum nominat, scilicet quod nemo aliorum Evangelistarum eum nominare voluit sub nomine proprio: & verum est, quia Matthæus de seipso loquens nominavit se, dicens: *Vidi sedentem in telonio Matthæum nomine. Sacer Evangelista nomen Bethsabæe scilicet non mandavit, ne proprio suo nomine adulterij crimine ipsum fœderet, & tamen se ipsum in turpi, ac nequissimo telonio patenter declarare non recusat. Hæc est enim Sanctorum condicio, aliorum defectus ad infamiam declinandam abscondere, & operire; proprios verò contempta omni re patenter publicare, ac divulgare.*

Sæpe expugnaverunt me à juventute mea: dicit nunc Israël: Sæpe expugnaverunt me à juventute mea Psalm. 128. num. 1. & 2. ubi Psalmographus repetito sermone conqueritur de injusta persecutione, ac tyrannica vexatione in se illata, semper tamen aggressoris, ac auctoris nomine suppresso, cur tuos persecutores non exprimis, quod post Hilarium notavit D. Zeno Veronensis, in eundem Psalm. sic ait. *Nunc tacito impugnantium nomine impugnatio sola memoratur, cur Auctores impugnationis silentur? & augetur magis difficultas, quia in peccato commisso ob numerationem populi, ipsemet regius Vates se declarat auctorem. Dixit David ad Dominum, Peccavi & vide in hoc facto. 2. Reg. 24. n. 10. & iterum. Dixit David ad Dominum: Ego sum qui peccavi, ego qui iniquè egibidim n. 17. Si ergo in proprio delicto se declararat auctorem, non solum semel, & iterum, sed etiam tertio, cur etiam in aliorum criminibus auctores non profert, ac divulgat, sed maxime bis obvelat, se revelare non vult. Hæc est enim probitas viri justi, quæ aliorum defectus maxime contegit, proprios verò diligenter detegit. In aliorum criminibus auctorum nomina occultat, ne aliquo infamiz signo denotentur. In antiquo verò suo scelere se auctorem manifestat, si quis*

dem ad omnem vilitatem, ac abjectionem condescendere satagit. Vide cap. 5. num. 206. & 207. Quintò, alij Evangelistæ, honorifico nomine *Levi* dicunt, quia forte erat ex Sacerdotali tribu Levi, ut aliqui volunt. At ipse se dicit Matthæum, per quod nomen maxime ipse agnoscebatur infame publicanorum officium exercere; quod præstitit ob suam magnam humilitatem, qua se publicanum, ac peccatorem fuisse toto orbi confitebatur. Ita enim erat humilitatis studiosus, ut inter omnes Evangelistas ipse se dicit publicanum, c. 10. n. 3. *Matthæus publicanus*, ubi se post Thomam nominat; cum tamen *Luc. 6. n. 15.* in Catalogo Apostolorum Matthæum ante Thomam scribat. At noster Evangelista ob suam humilitatem in suo Evangelio, sibi inferiorem locum eligit. Quod bene notavit Eusebius Cæsariensis lib. 3. *Euseb. Demonstrat. Evangel. cap. 7.* ponderans illa verba, *Thomas, & Matthæus publicanus*, citato c. 10. *Matthæus* ait. *Hoc nullus Evangelistam indicavit, non coapostolus ejus Joannes, non Lucas, non Marcus, sed ipse Matthæus, suam ipsius vitam non dissimulans, planèque se ipsum accusans.* Et post pauca subdit, *Ita Matthæus abundantia quadam modestiæ, studium per se ferens veritatis in suis moribus indicandis, Publicanum se appellavit, neque priorem suam vitam occultare voluit. Et secundo loco post æqualem suum se nominavit: cum verò singuli singulis comparantur, ipse Matthæus Thomæ, Petrus Andree, Jacobus Joanni, Philippus Bartholomæo, Thomam ipse sibi proponit, priorem illi locum, quavis coapostolo, tanquam honoratiori, tribuens; tamen si reliquis Evangelistæ contrarium faciunt. Vide infra num. 62.*

Secundò, Noster Evangelista, jam Apostolus, & magna dignitate sublimatus, se Matthæum dicit, in quo nomine ejus peccata erant publica, & nota. Unde ipse ait de se Matth. 10. num. 3. *Matthæus publicanus, quasi semper in tanto honore evehctus memoria retinuerit suam pristinū statum, & in quanta miseria, ac peccatis irretitus extiterat, à quibus divina gratia est liberatus. Sicut Paulus dicebat 1. Timoth. 1. num. 15. Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Vide cap. 24. num. 14.*

Tertio, Alto Dei consilio ipse se Matthæum dicit, ut efficacia divinæ gratiæ cunctis sit manifesta, nam si in ipso nomine Matthæi erat notoria infamia hominis publicani, & peccatoris, ibi divina gratia accedente nobilitas, & exaltatio ipsius insculpta, & exarata est, nam Matthæus interpretatus, *donatus*, nam Dei dono datus est in discipulum, Apostolum, Evangelistam, & ita nomen illud, quod erat vilitatis, ac abjectionis signum divina gratia accedente convertitur in honorem, & exaltationem.

Quartò Evangelista se hinc Matthæum dicit sedentem ad telonium, cum tamen cap. suo primo num. 6. scribens Bethsabæe adulterium non exprimit eam nominat, sed per circumlocutionem dicit, *Ex ea que fuit Uria*; quod ibi ex aliquorum sententia notavit Abulens; factum est ad excusationem infamie, quia ponendo nomen Bethsabæe, videbatur magis infamaria apposita, est suppletio, sicut dicit glossa ordinaria infra cap. 9. Cum Matthæus se ipsum nominat, scilicet quod nemo aliorum Evangelistarum eum nominare voluit sub nomine proprio: & verum est, quia Matthæus de seipso loquens nominavit se, dicens: *Vidi sedentem in telonio Matthæum nomine. Sacer Evangelista nomen Bethsabæe scilicet non mandavit, ne proprio suo nomine adulterij crimine ipsum fœderet, & tamen se ipsum in turpi, ac nequissimo telonio patenter declarare non recusat. Hæc est enim Sanctorum condicio, aliorum defectus ad infamiam declinandam abscondere, & operire; proprios verò contempta omni re patenter publicare, ac divulgare.*

Sæpe expugnaverunt me à juventute mea: dicit nunc Israël: Sæpe expugnaverunt me à juventute mea Psalm. 128. num. 1. & 2. ubi Psalmographus repetito sermone conqueritur de injusta persecutione, ac tyrannica vexatione in se illata, semper tamen aggressoris, ac auctoris nomine suppresso, cur tuos persecutores non exprimis, quod post Hilarium notavit D. Zeno Veronensis, in eundem Psalm. sic ait. *Nunc tacito impugnantium nomine impugnatio sola memoratur, cur Auctores impugnationis silentur? & augetur magis difficultas, quia in peccato commisso ob numerationem populi, ipsemet regius Vates se declarat auctorem. Dixit David ad Dominum, Peccavi & vide in hoc facto. 2. Reg. 24. n. 10. & iterum. Dixit David ad Dominum: Ego sum qui peccavi, ego qui iniquè egibidim n. 17. Si ergo in proprio delicto se declararat auctorem, non solum semel, & iterum, sed etiam tertio, cur etiam in aliorum criminibus auctores non profert, ac divulgat, sed maxime bis obvelat, se revelare non vult. Hæc est enim probitas viri justi, quæ aliorum defectus maxime contegit, proprios verò diligenter detegit. In aliorum criminibus auctorum nomina occultat, ne aliquo infamiz signo denotentur. In antiquo verò suo scelere se auctorem manifestat, si quis*

disputat, non colloquia inserit, ut cum Samaitana, sed transiens vocat; ad quod prius eleganter respondet Chrysologus serm. 28. *Non dixit, ait, cum staret ibi: transiit, & pertransiit inde Jesus, ne Matthæus remaneret ibi: transiit inde Jesus, ne Matthæus ibi taliter permaneret. Quæ autem verba singula sunt expendenda, non dixit cum staret ibi Jesus; nec enim, ubi divitiarum sæculi, pecuniarum negotia exercentur stat, ac commemoratur Jesus, sed longissime transiit, Transiit, & pertransiit. Tanquam venator prædæ avidus, Ne Matthæus remaneret ibi. Valde mirum, quod cum Samaritana, quæ parum castè vivebat, longas disputationes tractat Dominus sedens, & tamen cum Matthæo nulla miscet colloquia, nullas moras trahit, sed transiens vocat. Considera sapientissimi Magistri artem, sedebat in telonio Matthæus inter locupletissimas gazas, si Christus ibi cum eo haberet sermonem, inter ipsa verba Matthæus aliquando converteret oculos ad ipsas divitias, & ab earum intuitu ipsum vocare ad eas contemnendas valde difficillimum erat; proportionata adhibita medicina, transiens Jesus celerata voce eum vocet, ut ille à mercibus oculos avertens, & solum ad vocantem attendens, promptè, & expeditè ipsum sequatur. Pertransiit inde Jesus, ne Matthæus remaneret ibi.*

DDd 2. Secunda

Promptè obediendum divinæ vocationi.

Glossa.

Converso peccatoris magnum miraculum. August. Lco.

Exod 7.

Majus miraculum requiritur ad movendum cor hominis quàm ad movenda elementa.

Petr. Cæcilien.

Matth. 3. Hilar. Cyprian. August. Gregor. Ambros. Paschal.

Converso peccatoris quid difficillimum & magnum miraculum.

176

Magna humilitas Matthæi.

Matth. 10.

Euseb.

186

Christus ista abest à divitiis.

Divitia maxime attrahunt hominis animum, & impediunt viam salutis.